B.P.L. 246

Stan. Lubienitzki
au Jo. Oudaen

Inspexit C. C. v.d. Graft p.o.
m. Aug. 1900.

S. P. Dabis, Optime Oudaane, Aequo veniam silentio, dabis & breviloquentiae. Undiq; premor laboribg, curis, aegritudine, etiam adversa valetudine, quam praesens tempus fert. Felicem novum annum Vobis antea precatus sum, sed & nunc precor, ut & plures alios sequentes. Precor autem maximopere, ut meum negotium ad optatum exitum quamprimum perdu„catur. Premunt enim me meae necessitates, premit & aes alienum. Spe mea ubiq; excidi: stipendium debi„tum non accepi: vix unum atq; alterum exemplar libri pro parato vendidi. Tam longinquo itinere ex„haustus sum. Revera nisi mihi Deus Munificos Patronos Patrem & Filium quos nosti, dedisset, nescio quî vi„tam cum familia tolerare potuissem. Nuper incidi in novum errorem Cuperianum. Tomus 2. caret p. 228 & 229. Id tamen mihi fuat imputanda. Ergò jure detrahenda. Forte talia plura occurrent in opere. Saluta fratrem, affines tuos, Offenseum, Hartogfeldium, Virulejum, Bredenburgium omnesq; amicos. Autographa pro te colligo. Velim me de meo negotio reddas quamprimum certiorem. Vale Humanissime et Carissime Oudaane & fave

Inclusas commendo & totum negotium.

Tuo S.
Lub.
M.

Altenaviae 12/22 Jan. 1669.

Lubieniski

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

B.P.L. 246.

A Monsieur

Monsieur Joachim Oudaan

tot

Roterodam

tegen over het Weeshuis.

Cito Cito.